

sunt qui testimonium dant in celo, Pater verbum et spiritus sanctus, et hij tres unum sunt, Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus aqua et sanguis. Ad calcem accedit vulgatus ille Nomenclator hebraeograecus, et p. ult. legitur: *Iste liber est Conuentus Noueciuitatis ordinis fratrum praedicatorum, qui testatus est per venerabilem dominum pie recordationis dominum leonardum quondam Altaristam altaris Sancti Spiritus in ecclesia parochiali apud nos sepultus testatus est unum calicem optimum cum cruce et pacem argenteis, cuius anima deo viuat.* Idem brevius in Codicis fronte. Legatum igitur istud foundationem Episcopatus a. 1470. factam praecessit; Praedicatorum vero Conuentus jam a. 1443. inde, ubi nunc Abbatia Cisterciensis est, in abolitum Virginum ejusdem ordinis Coenobium traductus tandem *Melch. Cleselio* Episcopo penitus sublatus est, Bonis illius Episcopatus adtributis, quae, ut videtur, etiam Libri secuti sunt.

XII.

- H. I Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 363. f. per duas columnas caractere minuto, denso, sed nitido scriptus, minio distinctus et deauratis picturatisque Librorum initiis complectitur S. *Biblia* vulgatae Editionis cum Prologis *Hieronymianis* et notis Summariis ita, ut inchoentur ab *epistola sancti ieronimi* (scriptum ieronimi) *presbiteri ad paulinum de*

omnibus diuine hystorie libris, et sic deinceps; deest tamen Prologus in *Josue*, idque in margine notatur. Libri V. T. ordine suo decurrunt. Capita in margine indicata sunt. Libro II. *Paralip.* adtexta est fol. 116. p. 2. *Oratio Regis manasses.* Liber II. *Esdrae* fol. 119. p. 2. inscribitur *Nemias*, cui succedit *Esdrae* III. inscriptus *Secundus*. Post *Job* fol. 143. repetitur ex *Hier.* Epistola ad *Paulin.* illa Particula: *Job quoque exemplar patientie &c.* cum monito: *Iste prologus deberet poni in principio Job.* *Psalmi* praenotantur: *liber hymnorum uel soliloquiorum prophete dauid de christo*, habentque titulos miniatos, sed nullos numeros. Libri N. T. auspiciantur a fol. 261. *Evangelistas* excipiunt *Actus Apost.* Succeedunt *Canonicae*, et post has primum *Paulinae* cum *Apocalypsi*. Finem facit prolixus ille Nomenclator hebr. et graecus. Quae in marginibus hujus Exempli notantur, triplicis generis sunt: Quaedam a prima manu subplent omissa in Textu; ita I. *Job.* c. 5. Textus habet: *Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in terra. Spiritus, aqua et sanguis;* monetur vero post dant inferendum: *in celo pater uerbum et spiritus sanctus et hij tres unum sunt, et tres sunt qui testimonium dant.* Verba praeterea in textu sequentia: *Et tres unum sunt*, punctulis subnotantur. Alia explanatoria sunt tardius adjecta, et haec quidem ad *Matthaeum* frequentissima. Alia demum *παρεγχα;* ita fol. 304. monetur:

netur: *Uacat prologus iste qui non debet esse; agitur vero de Praeloquio quodam ante Paulinas, in quo hae recensentur et ultimo loco illa etiam, quae ad Laodicenses fertur. Ita etiam fol. 323. p. 2. Apocalypsi in margine adjecta est Gilberti Piſtav. Praefatio, quae in Bibliis gloss. praesto est.*

XIII.

U. 4 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 473. f. min. per duas columnas minutius, ast nitide perscriptus, rubricisque insignis *Biblia* continet *U. T.* e *Versione vulgata*, quorum *Παρεγγο* sub finem edifferam. Est vero hic *Librorum Ordo: Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, IV. Regum, II. Paralipomenon, Prophetarum majores et minores, iterum Ruth, Esdras et Nehemias, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium, Libri Salomonis, Sapientia, Ecclesiasticus, II. Machabaeorum. IV. Evangelistae, Pauli Epistolae, Actus Apostolorum, Epistolae Canonicae et Apocalypsis.* Libri hi *Prologis Hieronymianis*, aut aliis notis *Argumentis* instructi sunt, et hinc inde in margine *secundis curis* subpleti aut reſecti. *Psalterium* a recentiore manu *perperam* inscriptum est: *centum quadraginta psalmodum a beato Hieronimo de hebreo in latinam linguam translatum; versio enim, ut dictum, vulgata est.* *Psalmi* diversos titulos mysticos praefereunt. *Ecclesiastico* subjuncta est absque titulo *Oratio Salomonis* e *III. Reg.*

8. 23. *Testimonium triplex I. Job. 5. ita habet: Quia tres sunt qui testimonium dant Spiritus et aqua et sanguis; et tres unum sunt. Sed ro et tres unum sunt, transfixum est, et in margine jubetur pro Quia legi Quoniam, et post testimonium dant a recentiore calamo inferi: in celo. pater. uerbum. et spiritus sanctus. et hii tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra.* Jam autem, quae *Παρεγγο* dixi, ante *Biblia* quidem partim coeva, partim subpari manu haec sunt: *Index sacrorum Librorum, Liber Baruch, Index Epistolarum et Evangeliorum per annum in Ecclesia legi solitorum, ad cujus calcem: Hunc Librum pro collegio ducali dedit honorabilis vir Antiquus Magister forestarum (der alte Forstmeister) domini ducis Alberti Tercij (cum Trica, ✠ 1395.) cui dominus in eterna Patria retribuere dignetur; Recensus Capitum Bibliorum, Prologus Hieronymi dictus galeatus, qui, ut monetur, habet locum ante principium Librorum Regum, Secundus Liber Esdrae, id est, Tertius apocryphus, Oratio Manassis hic tantum inscripta: Post secundum paralipomenon, Praefatiunculae in Prophetas minores, prout habentur in Bibliis glossatis, usque ad Sophoniam. Post Biblia Adparatus iste ita continuatur: Nomenclator biblicus vocum hebr. et graec. Praefatiunculae in Prophetas reliquos minores, Rabani ad Geroldum in Machabaeos, Origo dauid regis prophetie psalmodum &c. Epistola Pauli spuria ad*